



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

XV. De scrutinio super Dilecto, & donis gratiæ ejus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)



CAP. XV. De scrutinio super  
Dilecto, & donis gratia  
ejus.

Psal. 56.

**B**enedictus Deus, qui non a-  
mouit misericordiam suam  
à me.Quid agit  
anima  
interna  
consola-  
tione de-  
stituta.T. Adsum igitur, pio rursus  
scrutinio quærens; si quando te  
sine interna consolatione reli-  
querit Dilectus, quid interim a-  
gis: quid etiam super hoc consu-  
lis? quali quoque arte possit re-  
conciliari vel revocari?Rogo te charissima & devota  
Christi amica, nihil horum si-  
leas à me, quæ venerim interro-  
gare. Potes prodesse hac vice,  
pandendo mihi quod pie sentis.  
Ex tuis sermonibus potero men-  
surare pondus mei doloris, an  
juste sit vel injuste quod dolui.Vidi enim te quandoque hi-  
larem, quandoque verò tristem;  
rursusque conspexi gaudentem,  
& ex te perpendi aliquantulum  
me.Sed causam hujus mutationis  
hanc reor esse potissimam, de  
tran-



transitu & reditu unici Dilecti  
tui. In quo casu plura te percur-  
risse intelligens, informandus  
accessi.

2. P. At illa: Desideriis tuis  
annuens, conabor saltem modice  
propalare, quæ intra me agun-  
tur; sive cum fuero cum Dilecto,  
sive cum ablactata remansero so-  
la, expectando eum quem diligit  
anima mea.

Sane hoc primum noveris;  
quantum mihi gaudii & dulce-  
dinis ejus confert gratia, tantum  
doloris & amaritudinis ministrat  
illius absentia. Sed cur sic dispen-  
sat vices suas, deceret eum po-  
tius dicere quam me.

Audies autem cum comple-  
vero verba carminis mei; quia  
postremo introducemus eum ad  
nos, sedensque in medio nostri,  
docebit nos ordinationem suam  
quam solitus est exhibere aman-  
tibus.

Sed jam audi patienter me, &  
imperfectum eloquium meum  
non sit tibi grave. Ad excitan-  
dum namque corda nostra invi-  
cem convenimus, ut vel pariter  
lu-



*Eccli. 4.*

lugeamus, vel ex amore infimus  
gaudeamus. Væ enim soli! quia  
cùm ceciderit in aliquam tristi-  
tiam, vel tentationem, non habet  
sublevantem.

Vtilitas  
sinceri &  
fidelis  
amici.

Et si fuerint duo pariter, con-  
fovebuntur mutuo; dum uno tri-  
stante alter consolationem inge-  
rit; aut si consolari respuit, com-  
passionem mox præbet, & super  
amico contristari vehementer  
incipit; sicque fit, ut aut pariter  
gaudeant; aut de ablato gaudio,  
lachrymis se mutuis consolen-  
tur.

Et quamvis adhuc dolor de  
adversa causa, vel de re flebili in-  
fit, animæ quiores tamen fiunt:  
quia tam unicordes se inveniunt,  
ut rebus mutatis, corda minime  
mutari seu corrumpi potuerint.

*Psal. 127.* Quis non diceret, considera-  
ta hac animorum tam fida con-  
cordia; *Ecce quam bonum, &  
quam jucundum, habitare fra-  
tres in unum?*

3. Possun igitur liberius tibi  
dicere, quod sentio, quia nil do-  
li vel captionis in te formido.

Ec.



Ecce ille dulcissimus Sponsus Anima  
& dilectissimus amicus meus, recenset.  
Dominus meus Jesus Christus, collata  
amator animarum sanctarum, ex sibi dona,  
amore cessare non valens, attra- & bene-  
xit me miseram ad se; & cum non ficia.  
essem, dedit mihi esse, vivere, sa-  
pere, & communi hac frui luce.  
Contulit & renasci per gratiam  
baptismi, & suorum me vestivit  
gloriâ meritorum.

De hinc, cum multis peccatis  
me deformassem, & inepta ad re-  
damandum essem, non aspexit ad  
meam sceditatem, sed ad finum  
miserationum suarum.

Etenim adhuc longius me va-  
gantem vocavit per gratiam  
suam, non sinens me perire in  
hoc seculo.

Providit deinde locum mihi  
ad pausandum modicum, quam-  
diu in hoc fragili corpore dego.

Non est tamen vera pausatio,  
neque diuturna ista qualiscum-  
que habitatio sub umbra Dilecti.  
Illa est vera pausatio, quæ post  
presentis vitæ labores percipi-  
tur in patria.

Est tamen suo modo suavis  
quæ-

Non hic,  
sed in al-  
tera vita  
vera  
quies.



quædam animæ revelatio ad Deum suspirantis, ex utam se videre à gravibus seculi nexibus; & illic jam esse, quo possit Dilecto plenius servire, atque in secreto silentio sibi & illi vacare.

4. Non defuit etiam diversis necessitatibus meis, juvans & in tentationibus primitivis.

Frequenter quoque me sermonibus utilibus instruxit, confirmans me in verbis suis.

Et sicut novellæ plantationes rigari solent imbribus, sic internis me rigavit consolationibus: ne tanquam testa, virtus in me inchoata arelceret.

Et dixit mihi : Si volueris & audieris me, videbis omne bonum. Si feceris, quæ dico, eris amica mea, Si me elegeris & super omnia amaveris, fiet tibi à Patre meo quodcunque petieris.

Si autem me dimiseris, erit tibi hoc in offendiculum, & ponam zelum meum contra te.

Et cum quæsieris alterum, non tibi diu placebit: sed in tædium & amaritudinem convertetur, quia ego salus & vita sum animæ.

Qui aliud  
quidvis  
præter  
Deum quæ-  
rit, non-  
nisi tædium  
invenit.



Et converti me ad eum, qui benefecit mihi; & excutiens me de pulvere terrenæ affectionis, statui in corde meo, de reliquo vivere illi soli: quoniam nihil melius eo, nec ullum salubrius hoc pacto.

5. Eant & requirant, quicumque volunt, quem ament, & cui serviant; mihi compertum est, hunc verum esse animæ virum; pro quo nec mori erit difficile, ut ejus semper inhæream amori.

Adhæsi ergo illi, placuit enim mihi; nec meliorem invenire potui. Talem enim vehementissime desideravit anima mea, quo nemo major, nec melior, nec dignior esset, & qui omnibus bonis afflueret.

Et quia multum benignus erat, consolatoria adhuc verba dabat; prævidens sollicitè, ne quidam asperitate & durezza nimia me terrerent & frangerent; sed quod leve ac suave esset ad portandum, magis imponent & docerent; ut sic affectus initiatus melius traheretur, ac fortius in amatum tenderet, nec resiliret.

H h

Me-

Dilectio  
nihil ma-  
jus aut  
melius  
invenit  
anima.



Ejus benignitas  
& pietas  
qua disponit  
omnia  
suaviter  
circa curam  
animæ.

Melius (inquit) docebitur & proficiet, si non coacte sed sponte provocetur. Facilius suscipiet jugum meum, si amor magis per præmia invitaverit, quam timor per supplicia terruerit. Quod si impulsu indiget, solerti moderate tamen fiat, ne violentia subruatur.

Ipsè enim sciebat, quid novellæ plantationi expediret; & quid mihi postmodum utilitatis hæc ipsa pietas conferret, maxime instante probationis tempore; cum possem faciliter recogitare, quæta in initio fecisset animæ meæ, & ideo non deficerem in aliquo certamine.

Nec mox mihi indicare voluit, quæ & quanta in ejus servitio passura essem: sed lætis quandoque permiscuit tristitia, considerans imbecillitatem & incapacitatem primò nascentis fruticis, donec ad ardua convalescerem.

6 Post hæc circumduxit me, & docuit, atque portavit in humeris suis. Circumduxit per paginas sacras, & sancto flamine me armavit contra diaboli nequitias.

Pro-



Proposuit mihi omnium virtutum specularia, sanctos videlicet Patriarchas & Prophetas, ac novi testamenti gloriosa Luminaria.

Circumduxit me etiam per loca Eremitæ & tabernacula Ægypti; ubi vigere inceperat & crescere Monachorum ac Cœnobitarum nomen magnificum; qui suis exemplis imitabile & credibile fecerant suave esse jugum Domini, & amaram atque fallacem latam viam seculi.

Docuit me sicut mater parvulum, frangens mihi nuces spirituales, & inferens faucibus meis nucleos, quia dulces erant ad vescendum.

Investiga, si potes, quid significant, & ubinam tales inveniantur. Aperi codicem Apostolicum, & conjectis oculis lege, si potes tanta capere mysteria. Revolve Esaiam, inspice Evangelium, lumen omnium luminarium, & vide, si non producant ex se dulcissimos nucleos.

Quicquid ex his inveneris obscurum & intellectu difficile, nu-

De propositis Animæ exemplis ac documentis.

Obscuritas in sacris literis nucleus est in testa.



cleus in testa est. Sed si audieris  
exponi, & intellexeris quod an-  
te non potuisti, testa nucis fran-  
gitur, & dulcedo nuclei sapore-  
scit in corde. Sic & in aliis sen-  
tentis subtilioribus æstimandum  
est. Unde & tot potes intueri nu-  
ces, quot sensus latentes.

Anima  
quomo-  
do porta-  
ta in hu-  
meris  
Christi,

7. Et quomodo putas, porta-  
vit me in humeris? fecit hoc quo-  
tiescumque infirmitatem meam  
aspexit: nec tamen abjecit, neque  
despexit, sed patienter & longan-  
nimiter me sustinuit.

Portavit etiam me in humeris  
suis, quando aliis inspiravit, &  
virtutem dedit patiendi infirmi-  
tates meas, & quicquid in me  
reprehensibile erat.

Portavit adhuc multo charius  
me in humeris suis, quando ba-  
*Ioan. 19.* julans sibi crucem exiit in  
eum (qui dicitur Calvaria) lo-  
cum, ubi & crucifixus est. Ego e-  
nim ibi portabar ab ipso magis,  
quàm crux ipsa.

Et erant onera graviora hu-  
meris ejus peccata mea, quàm  
hoc lignum crucis. Nam propter  
me portata est crux illa, non  
propter ipsum. Meruit tamen de-



dicari & honorari propter eum,  
qui bajulavit eam, & mortuus est  
in ea.

8. O quantum mihi super omnia amandus est & venerandus, cujus merito & gratia sic quaesita sum & redempta!

Erit igitur mihi Dilectus iste sicut unicus matri suæ.

Et ego veraciter novi, quia nequaquam ejus convenio dilectioni. Tamen quidquid præsumpsi, de illius processit dignatione. Et consequens non fuit, ut illo tam benigne se gerente ad me, non occurrerem ad vicarios amplexus.

Memoriter teneo, quid dixerit David: *Quis sum ego, ut si am gener regis?*

Sed est longe major ista, quam illa affinitas: quia hæc est cælebs & sincera cognatio, ubi caro & sanguis locum non habent, sed fides inviolata, & bonæ conscientiae ad Deum interrogatio. De qua & ille Discipulus, quem amabat plurimum Jesus, dicit: *Quia major est, qui in nobis est, quam qui in mundo. Deus enim*

Christus  
quàm ef-  
ficaciter  
animam  
provocat  
ad sui a-  
morem.

1. Reg. 18.

1. Ioan. 3.



*charitas est, & ipsa hanc cognationem parturit.*

Mera ejus  
dignatio  
in copu-  
landa sibi  
anima.

Cum ergo David tantum se humiliat, ut gener terreni regis fieret; quam humiliter me oportet sentire, quod Rex Regum Dominus, me pauperculum dignatur agnoscere, & ad sui amorem trahere.

2. Fecit itaque mecum non sicut merui, sed quemadmodum benevolentissima virtus ejus dignabatur; sicut per omnia charitati & infinitæ bonitati ejus placere videbatur.

Felix & benedicta anima, divini amoris vinculo colligata; Quam nobilis & ingenua; quæ tam sanctæ copulæ non ignorat vota.

Et quia jam prolixior sermo de Dilecto processit, nec tamen quod quærebas, narratum est, ex ordine alius succedat, quem ipse nobis dulcem ac fructuosum facere dignetur.